



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

Profugi cū Saxonibus consultant. extrà Urbem à profugis ad consultationes itum. Goedenius † Jctus Doctorem inter socios egit, pravis omnibus in patriæ subversionem instruens. Iisdem Saxones longis promissis tempus abbreviant. Non se nisi facultatibus, & honoribus restitutis exulibus, cum Erfordiâ pacem inuros, sua, & illorum commoda pari severitate curaturos. Sed cum haud exiguo mortalis ævi spatio negotium duraret, plurimi sepulchro sunt intercepti, rediit unus, quem referam, qui technas omnium supplevit.

XV.

Novus Senatus legitur.

Quartus Consul ex opificibus electus.

Vacabant non pauca fugitivorum Senatorum subsellia, nec infrequens Senatus auctoritatem amplius tueri poterat. De novo † igitur eligendo ad populum concionem faciunt electi. Communicantur cum Legatis consilia, illi ex civium numero pacis, & utilitatis publicæ amantes nominarent, simul illud permittunt, ut quartus Consul † non ex Patriciis amplius sicut hæctenus, sed ex tribus opificum sumeretur, quo potentior communitas adversus oligarchicas molitiones esset. Distribuuntur coram Moguntinis calculi, & qui Civitati consulerent, eliguntur, ubi illud quidam carpebant, quod peregrini in Curiam reciperentur, quæ hæctenus Transalænis non patuit. Ab electo Senatu obedientiam & fidelitatem ArchiEpiscopo promitti, idque cum juramento ex more Legati exigunt. Simul
juris

juris jurandi formula concipitur. Ea † nonnihil à veteri differre videbatur: quippe olim † superioritatem Moguntinam se conservaturos juraverant, nunc *fidelitatis & obedientiæ* verba fuerant addita. Hæc sit ad hæc Senatus, nec sine communitatis præscitu novare quid voluit. Legati novatum † quid in hac formula negant, promissum olim jura Moguntina salva fore, hæc inter haud dubiè fidelitatem & obedientiam Domino Hereditario debitam, & agnitam fuisse, clarius autem jam expressa, quod Saxones in Urbem noviter quid prætereà apud Maximilianum Cæsarem † pro Civitate egit. Ille ut Saxones pariter & Erfordia captivos utrimque sine lytro dimitterent, severissimè mandat. Prompti Erfurtenses, sed difficulter Saxones obtemperant. Ne tamen in Cæsaream majestatem peccare viderentur, † detentos hæcenus liberant, mox alios intercipiunt. Aliud mandatum Cæsareum in gratiam Urbis impetrat Elector, † ne scilicet

N 2

in-

*Formula
juramenti,
Senatus.*

Mutata videtur.

*Moguntinæ
contrarium
demonstrat.*

*Juratum in
formulam
propositam.*

Civibus Capitanæ præficiuntur.

* MDX.

*Cæsar captivos utrimque
dimittere præcipit.*

Saxonum stimulatio.

*Electo pro
urbe Moratorium
impetrat.*

intra quadriennium ab ullo creditorum, facto vel jure, propter æs alienum molestaretur, pœnâ quinquaginta marcarum auri puri adjectâ inter fiscum Cæsaris, & Urbem dividendâ. Sic tandem Civitas ope Moguntina se protegi sensit. Verum neque hoc moratorium insolentes quosdam creditores continuit. Ipsi Saxones hinc inde cives intercipiunt, detentos aliquamdiu, ante finem motuum in Urbem se non reversuros jurare adigunt. Intra mœnia de restituenda Civitate sedulo deliberatum est, levabantur civium onera, illa præsertim, quæ esculenta presserant, ne quid tamen ærarium † detrimenti pateretur, Universitatis prædia, & pomœria, quæ senatores inter se partiti fuerant, fisco addicuntur. Necdum Thunius quiescit. † Iteratis Epistolis Senatui pro expellendis Moguntinis, pro recipiendis auctoritate Saxonum exulibus interpellat. Nec congruo titulo dignabatur, sed *putativo Senatui* literas inscribebat. Populus † externis calamitatibus pressus in Patricios, quos mali auctores credit, magis exacerbatus multos ex iis captos quæstionibus subjicit. Francofordiæ † nostra etiam Civitas debuit, illa moratorium Cæsaris obreptionis arguens, processus in Imperiali Camerâ impetrat, sed ad interpositionem Moguntini denuò cassantur. Atroces exitus res spectabat, crescentibus utrimque partium studiis.

Ipse

*Pomœria
fisco addi-
cuntur.*

*Thunii mo-
tamina.*

*Populus in
Patricios
sevit.*

*Francofur-
tium morato-
rium im-
pugnat.*

Ipse † Moguntinus & Saxones jam æmu- *Inter Mog-*
 li, & imminentis belli Duces. Igitur *& Sax. bel-*
 Cæsar Magdeburgensi, † & Herbipolensi *lum gliscit-*
 Archi- & Episcopis examen litigii, & *Avertitur*
 compositionem demandat. Hi Cæsarea *per Cæsa-*
 mandata executuri Erfordia conveniunt: *rem.*
 non erat paucit temporis negotium, sed
 priusquam lites componerent, discedunt,
 per Legatos reliqua tentaturi, iis tamen
 factiosis, † qui turbas amabant, age- *Turbæ &*
 bantque multa pro arbitrio, spoliatis ali- *spolia sub*
 orum ædibus, aliis quæstionibus subje- *pœnâ capitis*
 ctis, quies sub pœnâ capitis indicta, sic *inhibentur.*
 que turma nigra (nebulones erant per
 scelera, & ausum congregati) adempto
 vexillo divisa fuit.

De Henrico Kelnero supra dictum, ille **XVI.**
 hætenus carceribus, † quæstionibus, & *Kelnerus*
 mille malis vexatus fuerat. Quæ fassus in *quæstioni*
 tormentis, ac in Banco juris postea con- *subjectus.*
 firmavit, per Notarium in scripturam re-
 dacta, communicata Electorali Judicio,
 & populo prælecta sunt. An inquisitores
 processûs leges observârint, an metui vel *Kelneri cõ-*
 odio indulserint, non dixerim: multas † *fessio.*
 ærarii expilationes criminum Catalogus
 referebat. Oppignoratio Kapplendorf-
 fi primas tenuit, populi vindictam po- *Condemna-*
 tissimum provocans. Concluditur Kel- *tur ad la-*
 nerum † merito supplicio afficiendum, *queum.*
 seu ob frequentia furta suspendendum ef-
 se. At patibulum ab Urbe † longius dis-
 situm, ut intercipi in via reus à Saxonibus
 posset

N 3

*Executionis
 difficultates
 & descrip-
 tio.*